



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1838**

XXIV. Die von Trebkow verkauften einigen Bürgern Besitzungen zu Deutsch - Buchwald im J. 1324.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

exsoluerunt, ita quod ipsos solutos dimitimus ab eadem, renunciantes dicte proprietati et omnibus, que nobis et nostris successoribus in ea attingere possint, in tempore presenti vel futuro, volentes dictam proprietatem dicte domui perpetue liberaliter pertinere. In cuius testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum perleberge Anno Domini MCCCXXIII. in crastino beati Martini Episcopi presentibus Hermanno Radolphi, Hinrico Radolphi, Antiquo Lofen, Johanne Buberow, Richoden, Regnero Sartore, Wackero, Henrico Kapup, Martino Rulaw, Henrico de Kartane, Johanne de Stendal, Hinrico Dalemin, Hermanno de Clutze ciuibus ibidem, et Arnoldo de Cleceke et Hinrico longo pistore, ac multis aliis fide dignis.

Nach dem Copial-Buche des Archidiaconus Buchholz.

XXIV. Die von Trebkow verlaufen einigen Bürgern Besitzungen zu Deutsch-Buchwald im J. 1324.

Vniuersis et singulis ad quos presentis littere peruenerint, Nos infra scripti videlicet gerardus, Egbertus, Janeke, patruces dicti de Trebkowe, cupimus esse notum quod prouidis et honestis uiris Martino Rulowe Johanni de Stendal henningo de Kartane Ciuibus in perleberge vendidimus Reditus decem manforum in villa teutonica Buchwalde cum omni iure, prout nos huc usque dinoscebamur possedisse, Iusto pheodali titulo pacifice possidendos. Promittimus insuper ipsis, quod eisdem Reditus ipsis debemus ad Bonum seruare donec ipsi possunt a domino pheudi pheodum procurare. Preterea debemus eisdem tales Reditus decem manforum coram quocumque domino, Milite aut Vafallo, a quo hijs Bonis in pheodari voluerint resignare quocumque ab ipsis fuerimus requisiti. Amplius si aliquis dictos Reditus impeteret, Ex tunc debemus eos disbrigare ab impetitione et Martinum dictum rulowe, Johannem de Stendal, hemingum de Kartane eorumque veros heredes reddere indemnes omni penitus sine dolo. Ne autem hec prescripta per nos aut nostros heredes infringantur Nobiscum manualiter et pro nobis promiserunt yo de Konigesmarke, Johannes de quitzowe, milites, Coppekinus de wardenberg: et in euidenciam ipsorum presentia fecimus nostris sigillis firmiter communiti. Actum et datum perleberg Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXIII<sup>o</sup> in die Stephani prothomartyris,

Nach dem Original.

XXV. Markgraf Ludwig bestätigt die von denen von Kröchern vorgenommene Veräußerung von Spiegelhagen, Buchholz und einer Mühle zu Perleberg an das dortige Heilige Geists-Hospital im J. 1325.

Ad perpetuam memoriam subscriptorum. Lodewicus dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes palatinus Rheni, dux bauarie, Sacri Imperij archicamerarius, Omnibus hoc presens scriptum intuentibus Salutem et successibus prosperis habundare. Cum circa queque negotia temporalia soleat prouidentia tanquam mater et magistra propter stabilem ipsorum subsistentiam adhiberi, circa ea tamen, que ad pium deputantur usum tanto cautiùs agendum est, quanto in ipsis magis bonorum excitatur deuotio et eterno auctori honor et gloria excellentius augmentantur. Inde igitur est quod cum illustris quidam hermannus Marchio brandenburgensis honesto viro droyfekino Militi bone recordationis ac suis nativis Johanni et hyrico vendiderit proprietatem omnimodam villarum Spiegelhagen et Buchholz nec non molendini siti in superiori parte ciuitatis perlebergensis atque omnium et singulorum proprietatem ad